

Kaiser Friedrich I. vertauscht mit dem Herzoge Heinrich von Baiern und Sachsen die Reichsgüter Herzberg, Scharzfeld und Pöhlde gegen Schloß Baden, 100 Ministeriale und 500 Güter. Zugleich erhebt er einige seiner Allodgüter, Schloß Leisnig, Schloß Colditz, Stadt Lausigk, Hof Schköthen u. a. zu Reichsgütern. — Zeugen: Markgraf Dietrich und Graf Heinrich von Wettin.

Goslar, 115[8] Jan. 1.

Hdschr.: Or. Perg. Braunschweig. Gesamtarchiv Wolfenbüttel. Eine goldene Bulle hängt an.

Gedr.: Or. Guelf. 3,466. Stumpf 3792.

Anm.: Wegen Ind. VI, ann. regni VI und imp. III, ebenso wie die folgende Urk. zu 1158 gehörig.

10 C. In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. Quamquam rerum commutatio ex ipsa corporali traditione possit firma consistere vel ea, que legaliter geruntur, nulla valeant refragatione convelli, ne qua tamen possit esse contradendi vel commutandi dubietas, nostra debet intervenire imperialis auctoritas. Notum sit igitur omnibus tam futuris quam
15 presentibus Christi imperiique nostri fidelibus, qualiter dilectissimus nepos noster Henricus illustris Bauarie et Saxonie dux hereditatem uxoris sue Clementie, quam habebat in Sueuia, castrum videlicet Baden et centum ministeriales et quingentos mansos nobis in proprium contradidit hac videlicet ratione, ut nos quedam regni predia ex vicinitate sibi magis competentia proprietatis donatione in eum conferremus. Verum quia imperatorie maiestatis
20 est, rem publicam semper augere et nunquam alicuius rei vel persone gratia vel in aliquo minuere, tam ex consilio, quam ex iudicio principum Alberto marchione sententiam promulgante et ceteris principibus collaudantibus quedam allodia nostra, que a comite Rabodone tum per paternam hereditatem nostram, tum per pecuniam non parvam comparavimus, in ius et proprietatem regni legitime contulimus, ut aliqua de prediis imperii in predictum
25 carissimum nepotem nostrum licentius transfundere possemus. Ea itaque predia, que nos regno contulimus, propriis duximus exprimenda vocabulis, castrum videlicet Liznich cum beneficio Henrici burchgravii et cum omnibus redditibus sibi pertinentibus, castrum Colidiz et Temonem ministerialem nostrum cum liberis suis et cum omnibus prediis et beneficiis suis, quorum summa in xx villis consistit, munitionem quoque Luzeche et forum cum
30 ceteris redditibus attinentibus, curtem Zolen cum foro et ceteris redditibus ad illam pertinentibus, montem Glizberch et redditus ad illum pertinentes, montem Genzege, castrum Morungen cum redditibus sibi attinentibus. Collatis itaque his prediis regno, sicut predictum est, ex consilio et iudicio principum, pro his iure concambii ademimus regno predia hec et dilectissimo nepoti nostro Heinricho duci Bawarie et Saxonie in proprium perpetuallyter tradidimus, castrum videlicet Hirzesberch et castrum Scartfelt, curtem quoque
35 Polede cum omnibus pertinentiis suis preter wiltpan, quem in foresto Harz a nobis in beneficio habet, Adelhardum quoque de Burchdorff, pro quo superius Temonem de Colidiz regno contulimus, eidem nepoti nostro cum liberis et allodio et beneficio, quod a regno habet, tradidimus. Ut autem hec nostra traditio et commutatio nobis et imperio, nec non
40 iam sepe dicto nepoti nostro perenni stabilitate firma semper et inconvulsa permaneat,